This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

DIEM NATALEM

REGIS AUGUSTISSIMI

FRIDERICI GUILELMI IV.

IDIBUS OCTOBRIBUS H. XI. CELEBRANDUM

MANDATO

UNIVERSITATIS LITTERARUM VRATISLAVIENSIS

INDICIT

CAROLUS ERNESTUS CHRISTOPHORUS SCHNEIDER
PH. D. P. P. O.

PRAEMISSA EST ADNOTATIONE CRITICA INSTRUCTI PLATONIS CRITIAE
PARS POSTERIOR.

VRATISLAVIAE
TYPIS UNIVERSITATIS
MDCCCLV.

29126. a. 2 (2)

BODLEIAN
11·2·1909
LIBRARY

PLATONIS CRITIAE PARS POSTERIOR.*)

E *Πάντων δὴ πρῶτον μνησθῶμεν, ὅτι τὸ κεφάλαιον ἦν ἐνακισχίλια ἔτη ἀφ' οὗ γεγονὼς ἐμηνύθη πόλεμος τοῖς θ' ὑπὲρ Ἡρακλείας στήλας ἔξω κατοικοῦσι καὶ τοῖς ἐντὸς πᾶσιν· ὃν δεῖ νῦν διαπεραίνειν. τῶν μὲν οὖν ἥδε ἡ πόλις ἄρξασα καὶ πάντα τὸν πόλεμον διαπολεμήσασα ἐλέγετο, τῶν δ' οἱ τῆς Ἀτλαντίδος νήσου βασιλῆς, ἣν δὴ Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζω νῆσον οὖσαν ἔφαμεν εἶναί ποτε, νῦν δὲ ὑπὸ σεισμῶν δῦσαν ἄπορον πηλὸν τοῖς ἐνθένδε*
109 *ἐκπλέουσιν ἐπὶ τὸ πᾶν πέλαγος ὥστε μηκέτι πορεύεσθαι κωλυτὴν παρασχεῖν.*

Iam primum omnium memoremus summam fuisse bellum, quod novem milia annorum sunt ex quo gestum esse ostendebatur ab iis, qui trans Herculis columnas extra et qui intra habitabant, omnibus; quod nunc persequamur necesse est. atque his quidem haecce civitas praefuisse et totum bellum perfecisse dicebatur, illis autem Atlantidis insulae reges, quam insulam quondam Libya et Asia maiorem fuisse, nunc terrae motibus mersam lutum invium hinc navibus universum mare petentibus quo minus progrediantur, impedimentum obiecisse diximus.

2 ἐνακισχίλια ἔτη cum altero ν a m. vet. inter versus adiecto P. ἐννακισχίλια ἔτη M. ἐννάκις ἔτη χίλια V. ἐνακισχίλια ἔτη, H. Cf. Lobeckius ad Sophoclis Aiacem V. 600. 3 ταῖς M. ὑπερηρακλείας cum litura in ὑ V. 4 κατοικοῦσιν P. M. 5 ἥδε P. 6 ἄρχουσα V. 7 ἀντλαντίδος V. 8 βασιλῆς P[1]. βασιλεῖς P[2]. M. V. H. (Bekkerus tacet.) Cf. Civ. Vol. 1. Pag. 157 et Addit. ad eum locum. 10 σεισμὸν δύσαν V. ἐνθένδε) δὲ ἔνθεν V. 11 ἐκπλέουσι M. πᾶν) πέραν H. ut scribendum censuerat Heusdius. Πᾶν, quod codices omnes exhibent, secundum ea, quae Tim. 24 E. 25 A leguntur, explicandum ita videtur, ut reliqua, quae vulgo maria audiunt, nihil nisi fragmenta vel particulae illius esse significentur. μὴκ ἔτι M.

*) Priorem indici hibernarum huius anni lectionum una cum librorum descriptione praemisimus.

τὰ μὲν δὴ πολλὰ ἔθνη βάρβαρα καὶ ὅσα Ἑλλήνων ἦν γένη τότε καθ' ἕκαστα ἡ τοῦ λόγου διέξοδος οἷον ἀνειλλομένη τὸ προστυχὸν ἑκασταχοῦ δηλώσει· τὸ δὲ Ἀθηναίων τε τῶν τότε καὶ τῶν ἐναντίων, οἷς διεπολέμησαν, ἀνάγκη κατ' ἀρχὰς διελθεῖν πρῶτα τήν τε δύναμιν ἑκατέρων καὶ τὰς πολιτείας. αὐτῶν δὲ τούτων τὰ τῇδε ἔμπροσθεν προτιμητέον εἰπεῖν.

iam barbaras nationes plurimas et quae Graecorum tunc gentes erant, eas omnes singulatim narrationis cursus quasi revolvens suo quamque loco oblatam declarabit; Atheniensium vero, qui tunc erant, et adversariorum, quibuscum bellum gesserunt, necesse est initio primum potentiam utrorumque et civilia instituta exponamus. inter hos ipsos autem prior expositionis locus nostratibus est tribuendus.

2 ἦν τότε γένη καθέκαστα V. 3 ἀνηλλομένη an ἀνηλλωμένη M. 5 οἷς) ὡς V. 6 καταρχὰς V. πρῶτα, H.

B Θεοὶ γὰρ ἅπασαν γῆν ποτὲ κατὰ τοὺς τόπους διελάγχανον, οὐ κατ' ἔριν· οὐ γὰρ ἂν ὀρθὸν ἔχοι λόγον θεοὺς ἀγνοεῖν τὰ πρέποντα ἑκάστοις αὐτῶν, οὐδ' αὖ γιγνώσκοντας τὸ μᾶλλον ἄλλοις προσῆκον τοῦτο ἑτέροις αὐτοῖς δι' ἐρίδων ἐπιχειρεῖν κτᾶσθαι. δίκης δὴ κλήροις τὸ φίλον λαγχάνοντες κατῴκιζον τὰς χώρας, καὶ κατοικίσαντες, οἷον νομῆς ποίμνια, κτήματα καὶ θρέμματα ἑαυτῶν ἡμᾶς ἔτρεφον, πλὴν οὐ σώμασι σώματα βιαζόμενοι, καθάπερ
C ποιμένες κτήνη πληγῇ νέμοντες, ἀλλ' ᾗ μάλιστα εὔστροφον ζῷον, ἐκ πρύμνης ἀπευθύνοντες οἷον οἴακι πειθοῖ ψυχῆς ἐφαπτόμενοι κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν, οὕτως ἄγοντες τὸ θνητὸν πᾶν ἐκυβέρνων.

Dii enim universam terram aliquando secundum loca inter se sortiebantur, non per contentionem; neque enim rectam rationem haberet aut ignorare deos, quid quemque ipsorum deceat, aut non ignorantes id, quod magis aliis convenit, sibi, qui alii sunt, per contentiones vindicare. itaque iuris sortibus quod gratum cuique erat capientes incolas regionibus inducebant inductosque quasi pastores pecudes, nos possessionem et gregem suum alebant, nisi quod non corporibus corpora vi, quemadmodum pastores pecora pascentes plagis, sed qua facillime flectitur animal, ex puppe regentes suam ad mentem tamquam clavo persuasione animo adhibita, ita ducentes mortale genus omne gubernabant.

3 ἔχει M. et, sup. a m. pr. οι, V. 4 αὐτῶν H. contra linguae usum. 5 ἑτέρους V. H. αὐτοῖς P. M. V. 6 διερείδων V. κτᾶσθαι· H. 7 λαγχάνοντας M. 8 νομεῖς P². M. ποίμνια καὶ κτ. V. 10 καθά περ V. 11 ἀλλ' ᾗ) ἀλλὴ V. 12 ζῶον M. V. H. 13 ὕακι V. οἴακι, H. 14 αὐτῶν P. M. V. H. Ac recte quidem hic negat αὐτῶν, quod primus posuit Baiterus, necessarium esse, modo ipsorum deorum sententiam alienae hominum opponas; verum id ipsum ad praecedentia minus aptum esse non animadvertit. Ceterum quod αὐτῶν vulgo et a Bekkero scriptum esse dicit, huius verbi vulgatam ante Bekkerum scripturam nullam esse non meminit. Idem post διάνοιαν comma sustulit.

ἄλλοι μὲν οὖν κατ' ἄλλους τόπους κληρουχήσαντες θεῶν ἐκεῖνα ἐκόσμουν, Ἥφαιστος δὲ κοινὴν καὶ Ἀθηνᾶ φύσιν ἔχοντες, ἅμα μὲν ἀδελφὴν ἐκ ταὐτοῦ πατρὸς, ἅμα δὲ φιλοσοφίᾳ φιλοτεχνίᾳ τε ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐλθόντες, οὕτω μίαν ἄμφω λῆξιν τήνδε τὴν χώραν εἰλήχατον ὡς οἰκείαν καὶ πρόσφορον ἀρετῇ καὶ φρονήσει
D πεφυκυῖαν, ἄνδρας δὲ ἀγαθοὺς ἐμποιήσαντες αὐτόχθονας ἐπὶ νοῦν ἔθεσαν τὴν τῆς πολιτείας τάξιν· ὧν τὰ μὲν ὀνόματα σέσωται, τὰ δὲ ἔργα διὰ τὰς τῶν παραλαμβανόντων φθορὰς καὶ τὰ μήκη τῶν χρόνων ἠφανίσθη. τὸ γὰρ παραλειπόμενον ἀεὶ γένος, ὥσπερ καὶ πρόσθεν ἐῤῥήθη, κατελείπετο ὄρειον καὶ ἀγράμματον, τῶν ἐν τῇ χώρᾳ δυναστῶν τὰ ὀνόματα ἀκηκοὸς μόνον καὶ βραχέα πρὸς αὐτοῖς τῶν ἔργων.

alii igitur aliis in locis sorte accepta dii ornabant ista, Vulcanus autem et Minerva communem naturam habentes, quippe et germanam eodem ex patre et sapientiae artiumque studio ad eadem ducti, unam ambo sortem hancce regionem ut propriam natura et accommodatam virtuti et intelligentiae acceperunt, virisque bonis indigenis in ea ingeneratis animum eorum ad ordinem civitatis adverterunt; quorum nomina quidem servata sunt, res gestae autem propter eorum, qui traditas accipiebant, interitum et longa temporum spatia evanuerunt. semper enim superstes hominum genus, ut in superioribus quoque dictum est, montanum et illitteratum relinquebatur, quod principum terrae nomina tantum, praeterea rerum gestarum paululum audiverat.

2 ἥφαιστος M. 3 ἀθηνᾶν V. 4 ταὐτοῦ) τοῦ M. 6 τῆνδε P. εἰλήχατον P¹. 10 σέσωται P¹. in ordine verborum et iterum in margine. σέσωσται V. et in ordine verborum P². σέσωται an σέσωσται M. 12 τὰ μήκη) τῷ μήκει V. 14 ἐῤῥύθη M. ὀρείων καὶ ἀγραμμάτων V. 16 ἀκηκοὼς V.

τὰ μὲν οὖν ὀνόματα τοῖς ἐκγόνοις ἐτίθεντο
E ἀγαπῶντες, τὰς δὲ ἀρετὰς καὶ τοὺς νόμους τῶν ἔμπροσθεν οὐκ εἰδότες, εἰ μὴ σκοτεινὰς περὶ ἑκάστων τινὰς ἀκοὰς, ἐν ἀπορίᾳ δὲ τῶν ἀναγκαίων ἐπὶ πολλὰς γενεὰς ὄντες αὐτοὶ καὶ παῖδες, πρὸς οἷς ἠπόρουν τὸν νοῦν ἔχοντες,
110 τούτων πέρι καὶ τοὺς λόγους ποιούμενοι τῶν ἐν τοῖς πρόσθεν καὶ πάλαι ποτὲ γεγονότων ἠμέλουν· μυθολογία γὰρ ἀναζήτησίς τε τῶν παλαιῶν μετὰ σχολῆς ἅμ' ἐπὶ τὰς πόλεις ἔρχεσθον, ὅταν ἱδητόν τισιν ἤδη τοῦ βίου τἀναγκαῖα κατεσκευασμένα, πρὶν δὲ οὔ. ταύτῃ δὴ τὰ τῶν παλαιῶν ὀνόματα ἄνευ τῶν ἔργων διασέσωται.

ac nomina quidem proli imponebant lubenter, de virtutibus vero et legibus maiorum nihil praeter obscuras quasdam de singulis auditiones cognitum habentes et rerum necessariarum per multa saecula inopia pressi ipsi et liberi, animum ad ea. quorum inopia laborabant, adhibentes deque iisdem sermones habentes rerum priorum et antiquarum incuriosi erant; narratio enim et investigatio antiquitatis simul cum otio in civitates ingrediuntur, cum vitae necessitatibus prospectum iam vident, prius vero nequaquam. sic igitur veterum nomina sine rebus sunt conservata.

1 ἐγγόνοις V. 5 ὄντες) ὄ. καὶ V. H. Scilicet Bekkerus ab uno Vat. K. abesse καὶ ostenderat. 9 ἠμέλουν. H. 10 μετασχολῆς V. ἅμα M. 11 ὅτ' ἂν ἴδητ' ὄντισιν M. 12 κατασκευασμένα M. 14 διασέσωται P[1]. et iterum in margine. διασέσωσται P[2]. V.

λέγω δὲ αὐτὰ τεκμαιρόμενος, ὅτι Κέκροπός τε καὶ Ἐρεχθέως καὶ Ἐριχθονίου καὶ Ἐρυσίχθονος τῶν τε ἄλλων τὰ πλεῖστα, ὅσαπερ
B καὶ Θησέως τῶν ἄνω περὶ τῶν ὀνομάτων ἑκάστων ἀπομνημονεύεται, τούτων ἐκείνους τὰ πολλὰ ἐπονομάζοντας τοὺς ἱερέας Σόλων ἔφη τὸν τότε διηγεῖσθαι πόλεμον, καὶ τὰ τῶν γυναικῶν κατὰ τὰ αὐτά. καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς θεοῦ σχῆμα καὶ ἄγαλμα, ὡς κοινὰ τότ' ἦν τὰ ἐπιτηδεύματα ταῖς τε γυναιξὶ καὶ τοῖς ἀνδράσι τὰ περὶ τὸν πόλεμον, οὕτω κατ' ἐκεῖνον τὸν νόμον ὡπλισμένην τὴν θεὸν ἀνάθημα εἶναι
C τοῖς τότε, ἔνδειγμα, ὅτι πάνθ' ὅσα ξύννομα ζῷα θήλεα καὶ ὅσα ἄρρενα, τὴν προσήκουσαν ἀρετὴν ἑκάστῳ γένει πᾶν κοινῇ δυνατὸν ἐπιτηδεύειν πέφυκεν.

dico autem colligens haec ex eo, quod Cecropis et Erechthei et Erichthonii et Erysichthonis et reliquorum pleraque, quae quidem de singulorum supra Theseum nomi-
5 nibus memorantur, horum illis plurima tribuentes sacerdotes Solon bellum tum gestum retulisse dicebat, itemque mulierum. atque etiam deae figuram et statuam, ut communia tunc viris et mulieribus belli studia erant,
10 ita hac ex lege armatam illos dedicatam habuisse deam, quod documento est, quaecunque sociata sunt animalia, feminas pariter atque mares omnes convenientem generi cuique virtutem communiter posse
15 exercere.

2 ἐρεχθονίου V. 6 ἐπ' ὀνομάζοντες V. 7 καὶ τὰ) κἆτα P. κατὰ M. 8 κατὰ τὰ αὐτά) καὶ ταῦτα V. 12 νόμον) πόνον V. θεὸν) θέαν V. In P. o in litura scriptum est. 13 ἔνδειγμα) ἄννωγμα vel ἄννογμα ante correctionem, sed eam eadem manu factam V. 14 ζῶα M. V. H. item deinceps. θήλεια ante corr. V. 16 πέφυκε V.

ᾤκει δὲ δὴ τότ' ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ τὰ μὲν ἄλλα ἔθνη τῶν πολιτῶν περὶ τὰς δημιουργίας ὄντα καὶ τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφὴν, τὸ δὲ μάχιμον ὑπ' ἀνδρῶν θείων κατ' ἀρχὰς ἀφορισθὲν ᾤκει χωρὶς, πάντα εἰς τροφὴν καὶ παίδευσιν τὰ προσήκοντα ἔχον, ἴδιον μὲν αὐτῶν οὐδεὶς οὐδὲν κεκτημένος, ἅπαντα δὲ πάντων κοινὰ
D νομίζοντες αὐτῶν, πέρα δὲ ἱκανῆς τροφῆς οὐδὲν ἀξιοῦντες παρὰ τῶν ἄλλων δέχεσθαι πολιτῶν, καὶ πάντα δὴ τὰ χθὲς λεχθέντα

habitabant igitur tunc in hac regione reliqua civium genera operibus faciendis et victu ex terra quaerendo occupata, militare vero a viris divinis initio se
5 paratum habitabat seorsum, omnibus rebus ad victum et educationem pertinentibus instructum, quorum nullus proprium quicquam possidebat, sed omnia sibi omnibus communia existimabant neque praeter victum suffi-
10 cientem quicquam sibi ab reliquis civibus

ἐπιτηδεύματα ἐπιτηδεύοντες, ὅσα περὶ τῶν ὑποτεθέντων ἐῤῥήθη φυλάκων.

accipiendum putabant, atque omnia illa exercebant, quae heri de custodum, quos ponebamus, studiis commemorata sunt.

1 δὴ om. V. 4 καταρχὰς V. 8 αὐτῶν P. M. V. πέραι ante lituram P.

καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῆς χώρας ἡμῶν πιθανὸν καὶ ἀληθὲς ἐλέγετο, πρῶτον μὲν τοὺς ὅρους αὐτὴν ἐν τῷ τότ' ἔχειν ἀφωρισμένους πρὸς τὸν Ἰσθμὸν καὶ τὸ κατὰ τὴν ἄλλην ἤπειρον μέχρι τοῦ Κιθαιρῶνος καὶ Πάρνηθος τῶν
E ἄκρων, καταβαίνειν δὲ τοὺς ὅρους ἐν δεξιᾷ τὴν Ὠρωπίαν ἔχοντας, ἐν ἀριστερᾷ δὲ πρὸς θαλάττης ἀφορίζοντας τὸν Ἀσωπόν· ἀρετῇ δὲ πᾶσαν γῆν ὑπὸ τῆς ἐνθάδε ὑπερβάλλεσθαι, διὸ καὶ δυνατὴν εἶναι τότε τρέφειν τὴν χώραν στρατόπεδον πολὺ τῶν περὶ γῆν ἀργὸν ἔργων. μέγα δὲ τεκμήριον ἀρετῆς· τὸ γὰρ νῦν αὐτῆς λείψανον ἐνάμιλλόν ἐστι πρὸς ἡντινοῦν τῷ πάμφορον εὔκαρπόν τε εἶναι καὶ τοῖς ζῴοις
111 πᾶσιν εὔβοτον. τότε δὲ πρὸς τῷ κάλλει καὶ παμπλήθη ταῦτα ἔφερε.

atque de regione nostra item probabiliter et vere dicebatur, primum fines eam tunc definitos habuisse ad Isthmum et ab reliqua continente usque ad summum Cithaeronem et Parnethem, inde descendisse eos ad dexteram Oropiam habentes, ad sinistram a mari definientes Asopum; virtute autem terram omnem ab hac regione esse superatam, ideoque hanc tunc magnum alere potuisse exercitum ab agri cultura vacantem. cuius virtutis validum argumentum habemus, quod quae nunc superest residua illius, contendere cum quavis potest eo, quod omnis generis fruges easque bonas fert et quod animalibus omnibus bonum praebet pabulum. tunc vero praeter bonitatem etiam uberrima haec ferebat.

1 καὶ ante τὸ om. V. 2 ἐλέγετο) ἐλεγειον M. 3 τότε H. ἔχειν) ἔ ιχειν cum litura inter ἔ et ι V. 4 ἄπειρον M. 5 κηθαίρωνος V. Super πάρνηθος M. ὅρος scriptum et in m. ὅρος βοιωτίας positum habet. 7 ὠρωπίας M. 8 θαλάσση V. Ἀσωπόν, H. ἄσωπον V. οταμὸς βοιωτίας m. M. 9 ὑπὸ) ὑπὲρ V. 11 τῶν) τ. τὸν V. περὶ γῆν ἀργὸν ἔργων) Ita M. et P. in quo allati ex eo a Bekkero receptique ab ipso et a Turicensibus atque Hermanno vocabuli περιοίκων Dübnerus nec volam nec vestigium exstare, ceterum o in ἀργὸν a m. pr. ω fuisse testatur. περὶ τήν γ' ἄρ ὄν ἔργωρ V. 13 ἐστὶν M. ἡντιν' οὖν τὸ πάμφορον V. 15 εὔβοτον· H. Vocalem ultimam P. in litura positam habet. 16 παμπληθὺ M. παμπληθῆ V. ἔφερεν P. M.

πῶς οὖν δὴ τοῦτο πιστὸν, καὶ κατὰ τί λείψανον τῆς τότε γῆς ὀρθῶς ἂν λέγοιτο; πᾶσα ἀπὸ τῆς ἄλλης ἠπείρου μακρὰ προτείνουσα εἰς τὸ πέλαγος οἷον ἄκρα κεῖται· τὸ δὴ τῆς θαλάττης ἀγγεῖον περὶ αὐτὴν τυγχάνει πᾶν ἀγχιβαθὲς ὄν. πολλῶν οὖν γεγονότων καὶ

qua igitnr ratione credibile hoc, et quibus indiciis residuum terrae illius dicendum est? omnis ab reliqua continente longe porrecta in mare velut promuntorium iacet; maris vero receptaculum undique eam profundum circumdat. multis igitur magnisque inunda-

μεγάλων κατακλυσμῶν ἐν τοῖς ἐνακισχιλίοις ἔτεσι (τοσαῦτα γὰρ πρὸς τὸν νῦν ἀπ᾽ ἐκείνου
B τοῦ χρόνου γέγονεν ἔτη) τὸ τῆς γῆς ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις καὶ πάθεσιν ἐκ τῶν ὑψηλῶν ἀποῤῥέον οὔτε χῶμα, ὡς ἐν ἄλλοις τόποις προχοῖ λόγου ἄξιον ἀεί τε κύκλῳ περιῤῥέον εἰς βάθος ἀφανίζεται· λέλειπται δή, καθάπερ ἐν ταῖς μακραῖς νόσοις, πρὸς τὰ τότε τὰ νῦν οἷον νοσήσαντος σώματος ὀστᾶ, περιεῤῥυηκυίας τῆς γῆς ὅση πίειρα καὶ μαλακὴ τοῦ λεπτοῦ σώματος τῆς χώρας μόνου λειφθέντος.

tionibus per novem milia annorum factis (tot enim ab illo inde tempore usque ad hoc anni sunt) defluens in hoc temporis spatio et in his casibus ex editis locis terra neque aggeris, ut alias, memorabile quicquam adiicit et perpetuo de omnibus in circuitu partibus dilabens in altum evanescit; itaque relicta sunt, quemadmodum in morbis diuturnis, cum illis comparata haec quasi morbo confecti corporis ossa, dilapsa terra pingui mollique omni tenui terrae corpore solo remanente.

3 μαρὰ V. 5 ἀγγεῖον) αἴτιον P. M. 6 ἀγχίβαθες V. 7 ἐννακισχιλίοις M. V. et altero ν a m. recenti inserto P. 8 ,τοσαῦτα—ἔτη, H. 12 προχοῖ P². πρόχοι P¹. περρέον P. περιῤέον M. 13 ἀφανίζεται. H. λέληπται ante corr. fortasse eadem manu factam P. 14 μακραῖς) σμικραῖς P. μικραῖς M. V. H. νόσοις) νήσοις V. H. In P. ο penultimae in litura positum est, in qua η videtur fuisse, quod ipsum manu perveteri super ό scriptum est. 15 ὅστα V. ὅς τὰ M. 16 πιερὰ V. 17 ληφθέντος V. λειφθέντος· H.

τότε δὲ ἀκέραιος οὖσα τά τε ὄρη γηλόφους
C ὑψηλοὺς εἶχε, καὶ τὰ φελλέας νῦν ὀνομασθέντα πεδία πλήρη γῆς πιείρας ἐκέκτητο, καὶ πολλὴν ἐν τοῖς ὄρεσιν ὕλην εἶχεν, ἧς καὶ νῦν ἔτι φανερὰ τεκμήρια· τῶν γὰρ ὀρῶν ἔστιν ἃ νῦν μὲν ἔχει μελίτταις μόναις τροφὴν, χρόνος δ᾽ οὐ πάμπολυς ὅτε δένδρων αὐτόθεν εἰς οἰκοδομήσεις τὰς μείστας ἐρεψίμων τμηθέντων στεγάσματ᾽ ἐστὶν ἔτι σᾶ. πολλὰ δ᾽ ἦν ἄλλ᾽ ἥμερα ὑψηλὰ δένδρα, νομὴν δὲ βοσκήμασιν ἀμήχανον ἔφερε. καὶ δὴ καὶ τὸ
D κατ᾽ ἐνιαυτὸν ὕδωρ ἐκαρποῦτο ἐκ Διὸς, οὐχ ὡς νῦν ἀπολλῦσα ῥέον ἀπὸ ψιλῆς τῆς γῆς εἰς θάλατταν, ἀλλὰ πολλὴν ἔχουσα καὶ εἰς αὐτὴν καταδεχομένη, τῇ κεραμίδι στεγούσῃ γῇ διαταμιευομένη, τὸ κιταποθὲν ἐκ τῶν ὑψηλῶν ὕδωρ εἰς τὰ κοῖλα ἀφιεῖσα κατὰ πάντας τοὺς

sed illo tempore, integra cum esset, et montes, quos habebat, in altitudinem editos tumulos terreos habebat, et quae nunc saxosa vocantur, eos campos terra pingui oppletos possidebat, et in montibus abundabat silva, cuius etiam nunc manifesta supersunt indicia; inter montes enim sunt qui nunc quidem apibus solis alimentum praebeant, tempus vero non ita multum est ex quo arbores inde ad aedificationes maximas tegendi causa caesae sunt, quae tecta adhuc salva sunt. praeterea multae erant mites arbores altae, et pabuli pecoribus copiam infinitam ferebat. eadem annua quoque ex Iove aqua fruebatur, non ut nunc amittens eam tenui a terra in mare fluentem, sed multam habens in eamque recipiens illam, argillacea

τόπους παρείχετο ἄφθονα κρηνῶν καὶ ποταμῶν νάματα, ὧν καὶ νῦν ἔτι ἐπὶ ταῖς πηγαῖς πρότερον οὔσαις ἱερὰ λελειμμένα ἐστὶ σημεῖα, ὅτι περὶ αὐτῆς ἀληθῆ λέγεται τὰ νῦν.

terra continente quasi penu recondens, absorpta ex locis editis aqua in loca cava immittenda ubique largos fontium et fluminum latices praebebat, quorum etiam nunc ad fontes, qui olim fuerunt, sacra supersunt indicia veritatis eorum, quae nunc de illa dicuntur.

1 γελόφους M. 2 τα M. φελλέως P. M. V. φελλέα operae Didotianae. 3 παιδία M. πιερᾶς V. 5 φανεραὰν V. sed deleto, ut videtur, ν extremo. τεκμήρια. H. ὁρῶν situ absumptum est in V. 6 ἔστιν P¹. ἐστὶν P². M. V. 7 πάμπολυς, H. 8 οἰκοδομῆς εἰς V. 9 στεγάσματά ἐστιν P. στεγάσρατά ἐστὶν M. στεγάσματεστιν V. σῶα V. 10 ἄλλα P. M. ἀλλ' V. 11 ἀμήχανον) Huic δ' a m. pr. inter versus antepositum habet V. ἔφερεν P. M. ἔφερε· H. 12 ἐκαρποῦτ' M. Διὸς) ι in lit. P. 13 ἀπόλλυσα V. 15 κεραμιδι P¹. Acutum et τι syllabam manus recens super ι adiecit. κεραμιτηδι M. γῇ) τῇ V. διαταμιευομένη τὸ M. διαταμιευομένη τὸ H. 17 κοῖλα) οῖ in lit. P. ἀφιεῖσα, H. 18 τρόπους M. κρινῶν M. In P. ρη in lit. est. 20 ἐστὶν P. M. 21 διότι V. περὶ αὐτῆς) περταύτης V. τανῦν M. V.

E τὰ μὲν οὖν τῆς ἄλλης χώρας φύσει τε οὕτως εἶχε καὶ διεκεκόσμητο ὡς εἰκὸς ὑπὸ γεωργῶν μὲν ἀληθινῶν καὶ πραττόντων αὐτὸ τοῦτο, φιλοκάλων δὲ καὶ εὐφυῶν, γῆν δὲ ἀρίστην καὶ ὕδωρ ἀφθονώτατον ἐχόντων καὶ ὑπὲρ τῆς γῆς ὥρας μετριώτατα κεκραμένας· τὸ δ' ἄστυ κατῳκισμένον ὧδ' ἦν ἐν τῷ τότε χρόνῳ· πρῶτον μὲν τὸ τῆς ἀκροπόλεως εἶχε τότε οὐχ ὡς τὰ νῦν ἔχει. νῦν μὲν γὰρ μία γενομένη
112 νὺξ ὑγρὰ διαφερόντως γῆς αὐτὴν ψιλὴν περιτήξασα πεποίηκε, σεισμῶν ἅμα καὶ πρὸ τῆς ἐπὶ Δευκαλίωνος φθορᾶς τρίτου πρότερον ὕδατος ἐξαισίου γενομένου· τὸ δὲ πρὶν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ μέγεθος μὲν ἦν πρὸς τὸν Ἠριδανὸν καὶ τὸν Ἴλισὸν ἀποβεβηκυῖα καὶ περιειληφυῖα ἐντὸς τὴν Πύκνα καὶ τὸν Λυκαβηττὸν ὄρον ἐκ τοῦ καταντικρὺ τῆς Πυκνὸς ἔχουσα, γεώδης δ' ἦν πᾶσα καὶ πλὴν ὀλίγων ἐπίπεδος ἄνωθεν.

reliqua igitur regio et natura ita comparata et ut consentaneum est, exornata erat ab agricolis veris atque id ipsum agentibus, pulchri studiosis iisdem et generosis, terram optimam et aquam uberrimam et caelum commodissime temperatum habentibus; urbs vero hunc in modum habitata erat illo tempore: primum arx aliter tunc se habebat atque nunc habet. nunc enim una exorta nox insigniter humida terra eam circum liquefactam nudavit, terrae motibus simul et enormi inundatione tertia ante Deucalioneam perniciem oborta; prius vero alio tempore magnitudine usque ad Eridanum et Ilisum pertinebat et Pnycem comprehendebat et Lycabetto e regione Pnycis finiebatur, terrea autem erat tota et paucis exceptis plana superne.

2 εἶχε, H. ὡς εἰκὼς M. ,ὡς εἰκός, H. 6 κεκραμμένας M. 7 κατῳκεισμένον M. χρόνῳ. H. 8 πρῶτον — 14 χρόνῳ) om. P. M. 12 ἐπὶ) om. V. δευκαλλίωνος V. 15 Ἴλισὸν) sine correctione P.

ἰλυσόν, sup. ὄρος, M. ἴλισον V. περρειληφυῖα V. 16 πυκνὰ V. λυκανητὸν M. λυκάβητον V. 17 κατ' ἀντικρὺ P. M. κατάντικρυ V. 18 ὀλίγον M. V.

B ᾠκεῖτο δὲ τὰ μὲν ἔξωθεν, ὑπ' αὐτὰ τὰ πλάγια αὐτῆς, ὑπὸ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν γεωργῶν ὅσοι πλησίον ἐγεώργουν· τὰ δ' ἐπάνω τὸ μάχιμον αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον γένος περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς Ἡφαίστου τε ἱερὸν κατῳκήκειν, οἷον μιᾶς οἰκίας κῆπον ἑνὶ περιβόλῳ προσπεριβεβλημένοι. τὰ γὰρ πρόσβορρα αὐτῆς ᾤκουν οἰκίαις κοιναῖς, καὶ ξυσσίτια χειμερινὰ κατασκευασάμενοι καὶ πάντα ὅσα πρέποντα ἦν τῇ κοινῇ πολιτείᾳ δι' οἰκοδομήσεων ὑπάρχειν C αὐτῶν καὶ τῶν ἱερῶν, ἄνευ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου· τούτοις γὰρ οὐδὲν οὐδαμόσε προσεχρῶντο, ἀλλὰ τὸ μέσον ὑπερηφανίας καὶ ἀνελευθερίας μεταδιώκοντες κοσμίας ᾠκοδομοῦντο οἰκήσεις, ἐν αἷς αὐτοί τε καὶ ἐκγόνων ἔκγονοι καταγηρῶντες ἄλλοις ὁμοίοις τὰς αὐτὰς ἀεὶ παρεδίδοσαν· τὰ δὲ πρὸς νότου κῆπους καὶ γυμνάσια συσσίτιά τε ἀνέντες οἷα θέρους, κατεχρῶντο ἐπὶ ταῦτα αὐτοῖς. κρήνη δ' ἦν μία κατὰ τὸν τῆς νῦν ἀκροπόλεως τόπον, ἧς ἀποD σβεσθείσης ὑπὸ τῶν σεισμῶν τὰ νῦν νάματα σμικρὰ κύκλῳ καταλέλειπται, τοῖς δὲ τότε πᾶσι παρεῖχεν ἄφθονον ῥεῦμα, εὐκρὰς οὖσα πρὸς χειμῶνά τε καὶ θέρος.

et exteriora quidem sub ipsis lateribus eius habitabantur ab opificibus et agricolis, qui proximos agros colebant, supera vero militare genus ipsum per se solum circa Minervae et Vulcani templum habitanda sumpserat, velut unius domus hortum uno insuper septo circumplexi. septentrionales enim partes eius habitabant communibus in domibus, et concoenationibus hibernis comparatis et omnibus, quae communi civitati ab aedificationibus ipsorum ac templorum conveniebant, absque auro et argento; his enim nihil usquam utebantur, sed medium inter fastum et illiberalitatem sectantes modestas sibi habitationes aedificabant, in quibus et ipsi et natorum nati aetatem exigentes aliis consimilibus easdem semper tradebant; australibus vero ad hortos et gymnasia et concoenationes aestivas liberis relictis utebantur. fons autem unus erat eo loco, quo nunc arx est, quo terrae motibus exstincto rivuli nunc parvuli circum relicti sunt, tunc vero omnibus largum praebebat flumen, bene ad hiemem et ad aestatem temperatus.

1 ὤκητο V. 4 καθαυτὸ P. V. 5 ἡφαίστου M. κατῳκήκην P[1]. κατωκήκει V. 6 οἰκεῖας M. 7 πρόσβορρα P. πρὸς βορρα M. πρὸς βορρὰν V. πρὸς βορρᾶ H. cum Bekkero ita in P. scriptum esse testante. αὐτῆς) om. M. 8 οἰκίας κοινὰς V. H. συσσίτια P. M. 9 πάντα, H. πρέποντ' P. M. 10 διοικοδομήσεων M. δι' οἰκοδομῆς ἐῶν V. 11 ἱερέων H. ex coniectura, quia oratio iam ad humanas habitationes transierit, sacerdotes autem cum militibus iuxta templum habitasse consentaneum sit. Ἱερῶν, quod omnes intactum reliquisse miratur Hermannus, etiam a templis aurum argentumque afuisse docet. 13 ὑπερηφανείας M. 16 ἀείπερ ἐδίδοσαν P. 18 θέρους κατ. H. 19 ἐπιταῦτα V. 21 ταυῦν ἅμα τὰ σμ. V. 22 μικρὰ P. M. καταλέληπται P[1]. 23 πᾶσιν P. M. εὐκραὴς V.

τούτῳ δὴ κατῴκουν τῷ σχήματι, τῶν μὲν αὐτῶν πολιτῶν φύλακες, τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων ἡγεμόνες ἑκόντων, πλῆθος δὲ διαφυλάττοντες ὅτι μάλιστα ταὐτὸν αὐτῶν εἶναι πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, τὸ δυνατὸν πολεμεῖν ἤδη καὶ τὸ ἔτι, περὶ δύο μάλιστα ὄντες
E μυριάδας.

hoc igitur modo habitabant, suorum custodes civium, reliquorum Graecorum volentium duces, multitudinem curantes ipsorum ut quam maxime eadem ad omne tempus
5 maneret virorum et mulierum, quae in praesentia et in posterum bellum gerere posset, circiter viginti milia numero.

1 αὐτῶν P[1]. M. V. 4 ὅ τι H. αὐτῶν) ἑαυτῶν V. H. cum reliquis et tacente de codicibus Bekkero. 5 γυναικῶν τὸ δυνατὸν πολεμεῖν, H. 6 τὸ) τότε P. M. H. ἔτι,) [ἔτι] H. cui hoc, quo *in posterum quoque* eodem numero mansurae copiae significarentur, iam inesse in πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον nec quamvis elegans, antiquum, sed ex concursu litterarum τ (ε?) et π conflatum eoque facto τότε a librariis in τὸ mutatum videtur. Hoc igitur cum optimo codice restituto et ἔτι circumscripto egregiam prodire dicit sententiam, iam tum eundem civium Atticorum numerum fuisse, quem Socratis et Platonis aetati probatissima testimonia tribuant; qua de re conferri iubet Boeckh. Staatsh. N. E. p. 47 sqq. Sed quod illi observasse dicuntur, hoc erat, ut omni tempore civitas in praesentia et iterum, si opus esset, bellum eadem virorum et feminarum multitudine gerere posset; quam si semper viginti milium esse volebant, providendum eis erat, ut universorum numerus is esset, ex quo, si quid forte deperisset, suppleri posset. Itaque si vulgata propter optimi codicis discrepantiam mutari debet, τό γε ἔτι probabilius est. Ceterum suae aetatis civium numerum Critias respexisse non videtur, cum de genere militari tantum eoque viris et feminis constante loquatur. ὄντας V.

Οὗτοι μὲν οὖν δὴ τοιοῦτοί τε ὄντες αὐτοὶ καί τινα τοιοῦτον ἀεὶ τρόπον τήν τε ἑαυτῶν καὶ τὴν Ἑλλάδα δίκῃ διοικοῦντες ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν κατά τε σωμάτων κάλλη καὶ κατὰ τὴν τῶν ψυχῶν παντοίαν ἀρετὴν ἐλλόγιμοί τε ἦσαν καὶ ὀνομαστότατοι πάντων τῶν τότε· τὰ δὲ δὴ τῶν ἀντιπολεμησάντων αὐτοῖς οἷα ἦν ὥς τε ἀπ᾽ ἀρχῆς ἐγένετο, μνήμης ἂν μὴ στερηθῶμεν ὧν ἔτι παῖδες ὄντες ἠκούσαμεν, εἰς τὸ μέσον αὐτὰ νῦν ἀποδώσομεν ὑμῖν τοῖς φίλοις εἶναι κοινά.

Atque hi quidem cum et ipsi tales essent et tali quodam modo semper et suam ipsorum civitatem et Graeciam iuste administrarent, per universam Europam atque Asiam et
5 corporum pulchritudine et omnis generis virtute animorum magni habebantur maximeque omnium, qui tunc erant, celebrabantur; de rebus autem eorum, qui contra hos bellum gesserunt, quales et quomodo ab initio
10 comparatae essent, nunc, si memoria non defecerit illorum, quae pueri audivimus, in medium proferentes vobiscum amicis communicabimus.

1 ὄντες) om. P. M. 2 αὐτῶν P. αὐτῶν M. 3 δίκην M. διοικοῦντες, H. 4 εὐρώπην M. 5 παντοῖαν V. 7 τότε) ὄντων ante corr. M. τὰ δὲ) τά τε V. 8 οἷα) οἵ' ἂν P. M. οἷα αὖ H. cum Bekkero vestigia sequens codicis P. et αὖ transitum ad contrarias partes recte notare monens.

Sed vestigia illa parum certa videntur. ἀπαρχῆς V. 9 ὧν) ὡς P. ὥς M. παῖδες ὄντες) παιδευθέντες M. et vulgata in m. litteris minutis et compendiis saeculo undecimo usitatis adscripta P.

113 τὸ δ' ἔτι βραχὺ πρὸ τοῦ λόγου δεῖ δηλῶσαι, μὴ πολλάκις ἀκούοντες Ἑλληνικὰ βαρβάρων ἀνδρῶν ὀνόματα θαυμάζητε· τὸ γὰρ αἴτιον αὐτῶν πεύσεσθε. Σόλων, ἅτ' ἐπινοῶν εἰς τὴν αὑτοῦ ποίησιν καταχρήσασθαι τῷ λόγῳ, διαπυνθανόμενος τὴν τῶν ὀνομάτων δύναμιν εὗρε τούς τε Αἰγυπτίους τοὺς πρώτους ἐκείνους αὐτὰ γραψαμένους εἰς τὴν αὑτῶν φωνὴν μετενηνοχότας, αὐτός τε αὖ πάλιν ἑκάστου τὴν διάνοιαν ὀνόματος ἀναλαμβάνων εἰς τὴν
B ἡμετέραν ἄγων φωνὴν ἀπεγράφετο. καὶ ταῦτά γε δὴ τὰ γράμματα παρὰ τῷ πάππῳ τ' ἦν καὶ ἔτ' ἐστὶ παρ' ἐμοὶ νῦν διαμεμελέτηταί τε ὑπ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος. ἂν οὖν ἀκούητε τοιαῦτα, οἷα καὶ τῇδε ὀνόματα, μηδὲν ὑμῖν ἔστω θαῦμα· τὸ γὰρ αἴτων αὐτῶν ἔχετε. μακροῦ δὲ δὴ λόγου τοιάδε τις ἦν ἀρχὴ τότε·

hoc tamen paucis antequam narrare incipiam, declarandum est, ne forte Graeca barbarorum hominum audientes nomina miremini; causam enim indicabo. Solon cum ad carmen suum narratione illa uti in animo haberet, nominum sciscitans vim et Aegyptios illos, qui primi ea scripserant, suam in linguam translata scripsisse reperiebat et ipse rursus singulorum significatione nominum accepta in nostram traducens linguam litteris mandabat. atque haec ipsa scripta et apud avum erant et sunt adhuc apud me et diligenter ea, cum puer essem, pertractavi. si igitur talia nomina, qualia et hic, audiveritis, ne vobis mirum sit; causam enim eorum tenetis. iam longae narrationis huiusmodi tunc exordium erat:

1 Τόδ' P. 3 θαυμάζεται V. ut videtur. Ultima syllaba perforata est. 4 πεύσεσθαι. V. σόλωνά τ' V. Σόλων ἅτ' H. ἐπινοῶν) In P. altera pars litterae ν cum sequenti ο et priori ω litterae parte in litura posita, in margine et νοῶν a m. vet. et ἐπινοῶν a recentiori scripta sunt. 5 αὑτοῦ P. M. V. 6 δύναμιν, H. 7 εὗρεν P. M. 8 αὑτῶν M. V. 11 ἀπεγράφετο· H. 13 ἔστι V. ἐστὶν P. M. 14 ἐμοῦ) αὑτοῦ P. M. ἀκούηται V. 15 τοιαῦτα οἷα H. 17 ἦν) ἡ V. τότε. H.

Καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέχθη περὶ τῆς τῶν θεῶν λήξεως, ὅτι κατενείμαντο γῆν πᾶσαν ἔνθα μὲν μείζους λήξεις, ἔνθα δὲ καὶ
C ἐλάττους, ἱερὰ θυσίας τε αὑτοῖς κατασκευάζοντες, οὕτω καὶ τὴν νῆσον Ποσειδῶν τὴν Ἀτλαντίδα λαχὼν ἐκγόνους ἑαυτοῦ κατῴκισεν ἐκ θνητῆς γυναικὸς γεννήσας ἔν τινι τόπῳ τοιῷδε τῆς νήσου· πρὸς θαλάττης μὲν, κατὰ δὲ μέσον πάσης πεδίον ἦν, ὃ δὴ πάντων πεδίων κάλλιστον ἀρετῇ τε ἱκανὸν γενέσθαι λέγεται. πρὸς τῷ πεδίῳ δὲ αὖ κατὰ μέσον

Quemadmodum in superioribus dictum est de deorum sortitione, terram eos inter se universam distribuisse alias maioribus, alias minoribus portionibus factis, templa et sacrificia sibi apparantes, ita etiam insulam Neptunus Atlantidem sortitus natos suos ex mortali femina susceptos in loco quodam insulae collocavit, cuius loci haec erat natura: ad mare quidem, sed media in insula campus erat, qui omnium camporum pulcherrimus et virtute satis praeditus fuisse dicitur.

σταδίους ὡς πεντήκοντα ἀφεστὸς ἦν ὄρος βραχὺ πάντῃ. τούτῳ δ' ἦν ἔνοικος τῶν ἐκεῖ κατ' ἀρχὰς ἐκ γῆς ἀνδρῶν γεγονότων Εὐήνωρ
D μὲν ὄνομα, γυναικὶ δὲ συνοικῶν Λευκίππῃ· Κλειτὼ δὲ μονογενῆ θυγατέρα ἐγεννησάσθην. ἤδη δ' εἰς ἀνδρὸς ὥραν ἡκοίσης τῆς κόρης ἥ τε μήτηρ τελευτᾷ καὶ ὁ πατὴρ, αὐτῆς δὲ εἰς ἐπιθυμίαν Ποσειδῶν ἐλθὼν ξυμμίγνυται, καὶ τὸν γήλοφον, ἐν ᾧ κατῴκιστο, ποιῶν εὐερκῆ περιῤῥήγνυσι κύκλῳ, θαλάττης γῆς τε ἐναλλὰξ ἐλάττους μείζους τε περὶ ἀλλήλους ποιῶν τροχοὺς, δύο μὲν γῆς, θαλάττης δὲ τρεῖς οἷον τορνεύων ἐκ μέσης τῆς νήσου, πάντῃ ἴσον
E ἀφεστῶτας, ὥστε ἄβατον ἀνθρώποις εἶναι· πλοῖα γὰρ καὶ τὸ πλεῖν οὔπω τότε ἦν. αὐτὸς δὲ τήν τε ἐν μέσῳ νῆσον οἷα δὴ θεὸς εὐμαρῶς διεκόσμησεν, ὕδατα μὲν διττὰ ὑπὸ γῆς ἄνω πηγαῖα κομίσας, τὸ μὲν θερμὸν, ψυχρὸν δὲ ἐκ κρήνης ἀποῤῥέον ἕτερον, τροφὴν δὲ παντοίαν καὶ ἱκανὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδούς.

huic rursus medio adiacebat quinquaginta circiter stadiis distans mons brevis undique. in eo habitabat eorum, qui ibi initio ex terra orti erant, Euenor nomine dictus, cum uxore Leucippe, iisque unica erat filia, Clito; quae cum ad aetatem viro maturam pervenisset, mater et pater vita decedunt, virginem amore captus Neptunus connubio sibi iungit et collem, in quo domicilium habebat, bene municus circum abrumpit, maris terraeque alternos minores maioresque alterum alteri circumiiciens orbes, duos terrae, maris autem tres, quos quasi tornabat media ex insula aequaliter ubique distantes, ut accessus hominibus nullus esset; naves enim et navigatio illo tempore nondum erat. ipse vero insulam in medio effectam utpote deus facili negotio adornavit, aqua duplici e terra educta fontana, altera calida, altera frigida de fonte fluente, et alimentum omnis generis ac sufficiens edere terram iubens.

3 λήξεις) μίξεις V. 4 αὐτοῖς P. M. V. 5 ποσειδὼν τὴν ἀτλάντιδα V. 6 αὐτοῦ P. M. κατῴκησεν P. M. κατώκισαν V. 8 νήσου. H. 9 παιδίον, ε a m. pr. restituto, V. πεδίων) πεδίον P[1]. παιδίον, sup. a m. pr. ε, V. 10 ἀρετῇ (sine ι) P. λέγεται, H. 11 δ' H. cum rell. et tacente de codd. Bekkero. 12 ἀφεστὸς) Ita P[1]. ἀφεστῶς P[2]. M. 13 πάντηι P. ut ubique. πάντη· H. 14 καταρχὰς V. κατὰ ἀρχὰς H. 16 κλειτῷ M. ἐγγεννησάσθην V. 17 ἡκούσης M. 18 δὲ) om. V. 19 ποσει.δῶν una littera inter ι et δ deleta P. ποσειδὼν V. συμμίγνυται V. 20 γηλόφον V. κατωκιστο cum αι super σ V. 21 περιρήγνυσιν P[1]. περιρρήγνυσιν P[2]. περιῤῥύγνυσιν, ante corr. — σαν, M. 22 ἄλλους M. 24 πάντῃ M. 26 τότ' H. cum rell. et tac. de codd. Bekk. 27 τήν τε) om. V. 29 κομίσας) κοσμήσας M. V. 31 παντοῖαν V. 32 ἀναδιδούς· H.

παίδων δὲ ἀῤῥένων πέντε γενέσεις διδύμους γεννησάμενος ἐθρέψατο, καὶ τὴν νῆσον τὴν Ἀτλαντίδα πᾶσαν δέκα μέρη κατανείμας τῶν
114 μὲν πρεσβυτάτων τῷ προτέρῳ γενομένῳ τήν τε μητρῴαν οἴκησιν καὶ τὴν κύκλῳ λῆξιν,

liberorum autem masculorum quinque partus geminos susceptos educavit, et insula Atlantide tota in decem partes divisa maximorum natu priori edito maternam habitationem et circumiacentem sortem, quae ma-

πλείστην καὶ ἀρίστην οὖσαν, ἀπένειμε, βασιλέα τε τῶν ἄλλων κατέστησε, τοὺς δὲ ἄλλους ἄρχοντας, ἑκάστῳ δὲ ἀρχὴν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τόπον πολλῆς χώρας ἔδωκεν. ὀνόματα δὲ πᾶσιν ἔθετο, τῷ μὲν πρεσβυτάτῳ καὶ βασιλεῖ τοῦτο, οὗ δὴ καὶ πᾶσα ἡ νῆσος τό τε πέλαγος ἔσχεν ἐπωνυμίαν, Ἀτλαντικὸν λεχθὲν, ὅτι τοὔνομ' ἦν τῷ πρώτῳ βασιλεύ-
B σαντι τότε Ἄτλας· τῷ δὲ διδύμῳ μετ' ἐκεῖνόν τε γενομένῳ, λῆξιν δὲ ἄκρας τῆς νήσου πρὸς Ἡρακλείων στηλῶν εἰληχότι ἐπὶ τὸ τῆς Γαδειρικῆς νῦν χώρας κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον ὀνομαζομένης, Ἑλληνιστὶ μὲν Εὔμηλον, τὸ δ' ἐπιχώριον Γάδειρον· ὅπερ τ' ἦν ἐπίκλην, ταύτῃ ὄνομα παράσχοι. τοῖν δὲ δευτέροιν γενομένοιν τὸν μὲν Ἀμφήρη, τὸν δὲ Εὐαίμονα ἐκάλεσε· τρίτοις δὲ, Μνησέα μὲν τῷ προτέρῳ γενομένῳ, τῷ δὲ μετὰ τοῦτον Αὐτόχθονα·
C τῶν δὲ τετάρτων Ἐλάσιππον μὲν τὸν πρότερον, Μήστορα δὲ τὸν ὕστερον· ἐπὶ δὲ τοῖς πέμπτοις τῷ μὲν ἔμπροσθεν Ἀζάης ὄνομα ἐτέθη, τῷ δ' ὑστέρῳ Διαπρεπής.

xima et optima erat, attribuit, eumque regem ceterorum constituit, ceteros autem imperatores fecit et cuique imperium multorum hominum et latos terrae fines dedit. nomina vero ipse omnibus imposuit, natu quidem maximo et regi hoc ipsum, a quo universa insula et mare nomen duxit, Atlanticum appellatum, quod is, qui primus tunc regnavit, Atlas nomine dictus est; huius autem gemello et post illum edito, cui extrema ab Herculis columnis insulae pars ad eam regionem, quae nunc Gadirica in illo tractu vocatur, spectans obtigerat, Graece Eumelum, illorum lingua Gadirum; idque, quod ille nomine erat, huic praebuerit nomen. secundi deinde partus unum Amphe-rem, alterum Euaemonem nominavit; tertiis Mneseum priori edito, post hunc nato Autochthonem nomen dedit; quartorum Elasippum priorem, Mestorem posteriorem vocavit; quintis denique impositum est prius nato Azaes, posteriori Diaprepes nomen.

3 ἀτλάντιδα V. τῶν) τῶ V. 4 πρεσβυτάτω V. 5 μητρώαν, ω sine ι in litura, P. μητρῶαν M. 9 τόπον) om. V. et operae Didotianae. [τόπον] H. qui quod a Bekkero et Turicensibus ex P. receptum a Stallbaumio et nobis sano iudicio omissum sit, non sibi quidem tollere rursus, sed circumscribere tutissimum visum esse ostendit. 13 ἦν τῷ) αὐτῷ M. 15 τε) τότε V. 16 ἡρακλειῶν M. εἰληχότι P. 19 ἐπιχώρειον ante corr. eamque a m. eadem factam V. Γάδειρον, H. τ' ἦν) ἂν τὴν V. τὴν H. ἐπίκλησιν V. 20 ταύτῃ) Ita P². (—τηι) M. ταύτην P¹. V. H. Atque hic vulgato, quod ὅπερ ἂν τὴν ἐπίκλησιν ταύτην esse dicit, commodiorem id, quod ipse dedit, ὅπερ τὴν ἐπίκλην ταύτην, structuram habere affirmans et structuram utriusque eandem esse et sententiam in utroque pariter, orationem vero in eo, quod ipsi placuit, etiam magis laborare non animadvertit. 21 γενομένην V. ἐναίμονα M. 22 ἐκάλεσεν P. M. τριττοῖς V. 23 τῷ) τὸ V. μετα τοῦτον) μετ' αὐτὸν V. 25 τὴν ὕστ. V. τῆς πέμπτης V.

οὗτοι δὴ πάντες αὐτοί τε καὶ ἔκγονοι τούτων ἐπὶ γενεὰς πολλὰς ᾤκουν ἄρχοντες μὲν πολλῶν ἄλλων κατὰ τὸ πέλαγος νήσων, ἔτι δὲ, ὥσπερ

hi igitur omnes tum ipsi, tum horum posteri per multa saecula habitabant multis aliis per mare insulis imperantes et praeterea, ut

καὶ πρότερον ἐῤῥήθη, μέχρι τε Αἰγύπτου καὶ Τυῤῥηνίας τῶν ἐντὸς δεῦρο ἐπάρχοντες. Ἄτλαντος δὴ πολὺ μὲν ἄλλο καὶ τίμιον γί-
D γνεται γένος, βασιλεὺς δὲ ὁ πρεσβύτατος ἀεὶ τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν ἐκγόνων παραδιδοὺς ἐπὶ γενεὰς πολλὰς τὴν βασιλείαν διέσωζον, πλοῦτον μὲν κεκτημένοι πλήθει τοσοῦτον, ὅσος οὔτε πω πρόσθεν ἐν δυναστείαις τισὶ βασιλέων γέγονεν οὔτε ποτὲ ὕστερον γενέσθαι ῥᾴδιος, κατεσκευασμένα δὲ πάντα ἦν αὐτοῖς ὅσα ἐν πόλει καὶ ὅσα κατὰ τὴν ἄλλην χώραν ἦν ἔργον κατασκευάσασθαι.

antea quoque dictum est, usque ad Aegyptum et Tyrrheniam introrsus huc pertinentium summum imperium tenentes. iam Atlantis genus cum omnino multitudine et dignitate excellebat, tum regnum rege natu maximo semper maximo filiorum tradente per multa saecula servabant, divitiarum copiam possidentes tantam, quanta necdum antea in aliqua regum dominatione exstitit nec unquam posthac facile existet, apparataque habentes omnia, quibus in urbe et per reliquam regionem opus erat apparatis.

1 δὴ) δὲ V. καὶ) om. M. 2 γενεᾶς πάνπολυς V. ἄρχοντες) ἄρ' ἔχοντες V. 4 ἐῤῥέθη M. καὶ) om. M. 5 τυραννίας V. δεῦρο) δευτέρῳ, in m. a m. vet. δεῦρο, P. δευτέρω M. 6 δὲ M. πολλὺ M. 8 ἔπι M. 10 πλήθει) πλὴ inter versus adiecto a m. vet. ν P. πλῆν M. 11 πω) πως M. τισὶν βασιλέως P. M. 13 πάντ' P. M. αὐτοῖς, H. 15 κατασκευᾶσθαι V.

πολλὰ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς προ-
E σῄειν ἔξωθεν, πλεῖστα δὲ ἡ νῆσος αὐτὴ παρείχετο εἰς τὰς τοῦ βίου κατασκευάς, πρῶτον μὲν ὅσα ὑπὸ μεταλλείας ὀρυττόμενα στερεὰ καὶ ὅσα τηκτὰ γέγονε· καὶ τὸ νῦν ὀνομαζόμενον μόνον, τότε δὲ πλέον ὀνόματος ἦν τὸ γένος ἐκ γῆς ὀρυττόμενον ὀρειχάλκου κατὰ τόπους πολλοὺς τῆς νήσου, πλὴν χρυσοῦ τιμιώτατον ἐν τοῖς τότε ὄν· καὶ ὅσα ὕλη πρὸς τὰ τεκτόνων διαπονήματα παρέχεται, πάντα φέρουσα ἄφθονα, τά τε αὖ περὶ τὰ ζῷα ἱκανῶς ἥμερα καὶ ἄγρια τρέφουσα. καὶ δὴ καὶ ἐλεφάντων ἦν ἐν αὐτῇ γένος πλεῖστον· νομὴ γὰρ τοῖς τε ἄλλοις ζῴοις, ὅσα καθ' ἕλη καὶ λίμνας καὶ
115 ποταμοὺς ὅσα τ' αὖ κατ' ὄρη καὶ ὅσα ἐν τοῖς πεδίοις νέμεται, ξύμπασι παρῆν ἄδην, καὶ τούτῳ κατὰ ταὐτὰ τῷ ζῴῳ, μεγίστῳ πεφυκότι καὶ πολυβορωτάτῳ. πρὸς δὲ τούτοις ὅσα εὐώδη τρέφει που γῆ τὰ νῦν, ῥιζῶν ἢ χλόης

multa enim propter imperium extrinsecus ad eos redibant, plurima vero insula ipsa praebebat ad vitae apparatum, primum omnia quae solida quaeque fusilia ex metallis fodiuntur; et quod nunc nominatur tantum, tunc vero plus quam nomen erat orichalci genus, quod multis insulae locis e terra fodiebatur, omnium illo tempore praeter aurum pretiosissimum; et quaecunque silva ad fabrorum opera praebet, ea omnia larga ferens, item animalia satis mansueta et fera alens. atque etiam elephantorum genus plurimum ibi erat; pabuli enim copia cum reliquis animalibus, quae in paludibus, lacubus, fluminibus, item quae in montibus quaeque in campis victitant, affatim aderat cunctis, tum huic eodem modo animali maximo et plurimum voranti. ad haec quicquid suaveolens nunc uspiam terra nutrit

ἢ ξύλων ἢ χυλῶν στακτῶν εἴτε ἀνθῶν ἢ καρπῶν, ἔφερέ τε ταῦτα καὶ ἔτρεφεν εὖ. ἔτι δὲ τὸν ἥμερον καρπὸν, τόν τε ξηρὸν, ὃς ἡμῖν τῆς τροφῆς ἕνεκά ἐστι, καὶ ὅσοις χάριν τοῦ σίτου προσχρώμεθα, καλοῦμεν δὲ αὐτοῦ τὰ μέρη
